



Christophorus Lubiscus
Anno 1609
Христофоръ Николаевъ.
Anno. 1609.

15

FT 57.

0
44

Negro X
A-73



222490-
6
5

ÆLII
DONATI
METHO.
DVS.



VRATISLAVIAE.
In officina Typographica
Georgij Baumann.

ANNO.

1597.

M. F. Q.

Nomina declinare, & Verba
coniugare, in primis pueri
sciant, neq; enim aliter peruenire
ad intellectum sequentium pos-
sunt. Quod admonere superuaca-
neum erat, nisi ambiosa festina-
tione pleriq; a posterioribus im-
ciperent: & dum ostentare
discipulos circa speciosi-
ora malunt, com-
pendio mora-
rentur.



Q22-492

DONATVS.
DE NOMINE.



ARTES ORATIONIS QUOT
SUNT? OCTO. QUAE? Nomen,
Pronomen, Verbum, Ad-
uerbium, Participium, Con-
iunctio, Præpositio, Interie-
tio.

NOMEN quid est? Nomen est
pars orationis, cum casu, corpus aut rem, pro-
priè communiterè significans. Propriè: ut Ro-
ma, Tyberis. Communiter: ut Vrbs, flumen. No-
mini quot accidunt? Sex, Quae? Qualitas, Com- ACCIDENTIA
paratio, Genus. Numerus, Figura, Casus. Qualitas nominum.
nominum in quo est? Bipartita est. Quomodo?
Aut enim unius rei nomen est, & proprium dici-
tur: aut multorum, & est appellativum. Com- COMPARA-
parisonis gradus quot sunt? Tres. Qui? Positi-
vus, ut Doctus. Comparativus, ut doctior. Super-
lativus, ut Doctissimus. Quae nomina comparan-
tur? Appellativa duntaxat, qualitatem aut quan-
titatem significantia. Quantitatem: ut bonus, ma-
lus. Quantitatem: ut Magnus, parvus. Compara-
tivus gradus cui casui seruit? Ablatiuo utriusq; nu-
meri sine præpositione. Quomodo? Dicimus enim:
Doctior illo, uel doctior illis. Superlativus cui? Ge-
nitiko tantu plurali, uel collectiuo singulari. Quo-

Genus.

modo? Dicimus enim: doctissimus Poëtarum fuit Virgilius, uel optimus plebis. Genera nominum quot sunt? Quatuor. Quæ? Masculinum, ut hic Magister, Fœmininum, ut hæc musa. Neutrum, ut hoc scamnum. Commune, ut hic & hæc sacerdos. Est præterea trium generum, quod Omne dicitur, ut hic & hæc & hoc fœlix. Est & Epicænum, id est, promiscuum genus, ut hic Passer, hæc aquila, mustela, miluus. Numeri nominum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic magister. Pluralis, ut hi magistri. Figuræ nominum quot sunt? Due. Quæ? Simplex, ut Decens, potens. Composita, ut indecens, impotens. Quot modis nomina componuntur? Quatuor. Quibus? Ex duobus integris, ut suburbanus. Ex duobus corruptis, ut Efficax, nimicus. Ex corrupto & integro, ut Nugigerulus. Aliquando ex quampluribus, ut Inexpugnabilis, imperterritus. Casus nominum quot sunt? Sex. Qui? Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus & Ablatiuus. Per hos enim casus omnium generum Nomina, Pronomina & Participia, declinantur hoc modo.

DECLINATIONES NOMINVM.

MAGISTER nomen appellativum, genitus masculini, numeri singularis, figura simpli-

DE NOMINE.

5

simplicis, casus Nominatiū & vocatiū, quod declinabitur sic :

Nominatiuo	hic	Magister
Genitiuo	huius	magistrī
Datiuo	huic	magistro
Accusatiuo	hunc	magistrum
Vocatiuo	ō	magister
Ablatiuo	ab hoc	magistro.

Et pluraliter.

Nominatiuo	hi	magistrī
Genitiuo	horum	magistrorum
Latituo	bis	magistris
Accusatiuo	hos	magistros
Vocatiuo	ō	magistrī
Ablatiuo	ab his	magistriss.

M Vsa nomen appellatiuum, generis fœminini, numeri singularis, figura simplicis, casus nominatiū & vocatiū & ablatiū, quod declinabitur sic.

Nominatiuo	hæc	Musa
Genitiuo	huius	musæ
Datiuo	huic	musæ
Accusatiuo	hanc	musam
Vocatiuo	ō	musæ
Ablatiuo	ab hac	musæ

De Nominis.

Et pluraliter.

Nominatiuo	hæ	Musæ
Genitiuo	harum	musarum.
Datiuo	hi	musis
Accusatiuo.	has	musas
Vocatiuo	o	musæ
Ablatiuo.	ab his	musis.

Scamnum nomen appellativum, genetivus neutr. Stri, numeri singularis, figuræ simplicis, casus nominatiui & accusatiui & vocatiui, quod declinabitur sic.

Nominatiuo	hoc	Scamnum,
Genitiuo.	huius	scamni
Datiuo	huiic	scamno
Accusatiuo	hoc	scamnum
Vocatiuo	o	scamnum.
Ablatiuo	ab hoc	scamno.

Et pluraliter.

Nominatiuo	haec	scamna
Genitiuo	horum	scamnorum.
Datiuo	hi	scamnis
Accusatiuo	haec	scamna
Vocatiuo	o	scamna.
Ablatiuo	ab his	scamnis.

Sacerdos

Sacerdos nomen appellativum, generis com-
munis, numeri singularis, figuræ simplicis, ca-
sus nominatiui & uocatiui, quod declinabitur
sic: Nominatiuo hic & hæc Sacerdos, Genitiuo
huius sacerdotis. Datiuo huic sacerdoti. Accu-
satuo, hunc & hanc sacerdotem. Vocatiuo ô
sacerdos. Ablatiuo ab hoc & ab hac sacerdote.
Et pluraliter: Nominatiuo, hi & hæc sacerdotes.
Genitiuo, horum & harum sacerdotum. Datiuo,
his sacerdotibus. Accusatiuo, hos & has sacer-
dotes. Vocatiuo ô sacerdotes. Ablatiuo ab his
sacerdotibus.

Et plura-
liter.

Felix nomen appellativum, generis omnis, nu-
meri singularis, figuræ simplicis, casus nomi-
natiui & accusatiui & uocatiui, quod declin-
abitur sic. Nominatiuo, hic & hæc & hoc fœ-
lix, Genitiuo, huius fœlicis. Datiuo, huic fœlici.
Accusatiuo, hunc & hanc fœlicem, & hoc fœlix.
Vocatiuo, ô fœlix. Ablatiuo, ab hoc & ab hac &
ab hoc fœlice uel fœlici. Et pluraliter, Nomina-
tiuo, hi & hæc fœlices, & hæc fœlia. Genitiuo,
horum & harum & horum fœlicium. Datiuo,
his fœlicibus. Accusatiuo hos & has fœlices, &
hæc fœlia. Vocatiuo ô fœlices, & ô fœlia.
Ablatiuo ab his fœlicibus.

Et plura-
liter.

Fructus nomen appellatum, generis masculini, numeri singularis, figuræ simplicis, casus nominatiui & genitiui & uocatiui, quod declinabitur sic.

Nominatiuo	hic	Fructus
Genitiuo	hiuus	fructus
Datiuo	hiuic	fructui
Accusatiuo	hunc	fructum
Vocatiuo	ô	fructus
Ablatiuo	ab hoc	fructu.

Et pluraliter.

Nominatiuo	hi	fructus
Genitiuo	horum	fructuum
Datiuo	his	fructibus
Accusatiuo	hos	fructus
Vocatiuo	ô	fructus
Ablatiuo	ab his	fructibus.

Species nomen appellatum, generis foemini, numeri singularis, figuræ simplicis, casus nominatiui & uocatiui, quod declinabitur sic.

Nominatiuo	hæc	Species
Genitiuo	hiuus	speciei
Datiuo	hiuic	specie
Accusatiuo	hanc	speciem
		Yocatiuo

DE NOMINE,

9

vocatiuo	ô	species
Ablatiuo	ab hac	specie

Et pluraliter.

Nominatiua	hæ	species
Genitiuo	harum	specierum
Datiuo	his	speciebus
Accusatiuo	has	species
Vocatiuo	ô	species
Ablatiuo	ab his	speciebus.

Prima Declinatio quo literas terminales habet? Duas. Quas? a et s. Quot terminaciones? Tres. Quas? a, as, es. Da exemplum: Aut poëta, as Aeneas, es ut Anchises. Quæ est agnitus primæ Declinationis? Hæc est, cuius genitiuus et datiuus singulares, et nominatiuus et vocatiuus plurales in æ diphthongum desinunt. Accusatiuus in am correptam. Vocatiuus similis est Nominatiuo. Ablatiuus in productam. Genitiuus plurales in arum correptam. Datiuus et Ablatiuus in is productam. Accusatiuus in as productam.

Seconda Declinatio quo literas terminales habet? Tres. Quas? r, s, m. Quot terminaciones? Sex. Quas? Er, ir, ur, us, eus, um. Da exemplum: Er ut sacer, ir ut uir, ur ut satur, us ut Dominus, eus ut Tydeus, um ut Templum.

A 5

Quæ

DE NOME.

Quæ est agnitiō secundæ Declinationis? Hæc est, cuius genitius singularis, & nominatiūs & uocatiūs plurales, in i productam desinunt. Datius & ablatius in o productam. Accusatiūs in um correptam, Quando nominatiūs in r, uel in um desinit, similis erit ei uocatiūs. Quando in us, mutatur us in e, ut dominus, ô domine. Quando uero in ius, si sint propriæ nomina, abiecta us fit uocatiūs in i, ut virgilius, ô Virgili: Et unum appellatiūm, quod est Filius, ut ô fili. Genitius pluralis in orum correptam. Datius & ablatius in is productam. Accusatiūs in os productam, uel in a correptam.

Tertia Declinatio quo literas terminales habet? Decem. Quas? a, e, o, c, l, n, r, s, t, x. Da exemplum Aut Poema, e ut monile, o ut uirgo, c ut lac, l ut mel, n ut nomen, r ut pater, s ut ciuitas, t ut caput, x ut fœlix. Quæ terminationes? Septuaginta octo, uel paulo plus. Quæ est agnitiō tertiae Declinationis? Hæc est, cuius genitius singularis in is correptam desinit. Datius in i productam, Accusatiūs in em uel in im correptam. Vocatiūs similis est nominatiūs. Ablatiūs in e correptam, uel in i productam. Nominatiūs & accusatiūs & uocatiūs plurales in es productam, uel in a correptam. Genitius pluralis

ralis in um uel in ium correptam. Datius & ablatius in bus correptam.

Quartia Declinatio quot literas terminales habet? Duas Quas? s & u. Quot terminaciones? Similiter duds Quas? us & u. Da exemplum? us ut Manus, u ut Cornu. Quae es agnitus quartæ Declinationis? Hæc est, cuius genitius singularis, & nominativus & accusativus & vocativus plurales, in us productam desinunt. Datius in ui productam. Accusativus in um correptam. Vocativus similis est nominatio. Ablatius in u productam. Genitius pluralis in uum correptam. Datius & ablatius in bus correptam.

Quinta Declinatio quot literas terminales habet? vnam, Quam? s. Quot terminaciones? Similiter unam. Quam? Es productam, ut Dies. Quæ est agnitus quinta Declinationis? Hæc est, cuius genitius & datius singulares in ei diuisas syllabas desinunt. Accusativus in em correptam. Vocativus similis est nominatio. Ablatius in e productam. Nominativus & accusativus & vocativus plurales in es productam. Genitius pluralis in erum correptam. Datius & ablatius in bus correptam.

DE PRONOMINE.



Accidentia
pronominis
Qualitas.

Genus.

Numerus.

Figura.

Persona.

Casus.

Ronomen quid est? Pars orationis, quæ pronomine posita, tantundem penè significat, personamq; interdum recipit. Pronomini quot accidentia? Sex. Quæ? Qualitas, Genus, Numerus, Figura, Persona, Casus. Qualitas pronomini in quo est? Duplex est. Quomodo? aut enim finita sunt pronomina, aut infinita. Quæ sunt finita? Quæ recipiunt personas, ut Ego, tu, ille. Quæ sunt infinita? Quæ non recipiunt personas, ut Quis, quæ, quod. Genera pronominiuum quot sunt? Eadem ferè quæ nominum: Masculinum, ut Quis Fœmininum, ut Quæ. Neutrum, ut quod. Commune, ut Qualis, talis, Trium generum quod omne dicitur, ut Ego, tu, sui. Numeri pronominiuum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut Hic. Plurales, ut Hi. Figuræ pronominiuum quot sunt? Due. Quæ? Simplex, ut Quis. Composita, ut Quisquis. Personæ pronominiuum quot sunt? Tres. Quæ? Prima, ut ego. Secunda, ut tu. Tertia, ut ille. Casus item pronominiuum quot sunt? Sex, quemadmodum nominum. Per hos enim casus, omnium generum Nomina, Pronomina, & Participia, inflectuntur hoc modo.

DECLINATIO.
PRONOMINYM.

Ego

EGO pronomen finitum, generis omnis, numeri singularis, figuræ simplicis, personæ prime, casus nominatiui, quod declinabitur sic. Ego, mei uel mis, mihi me à me. Et pluraliter Nos Ego, nostrum uel nostri nobis nos à nobis. Personæ secundæ, generis omnis: Tu tui uel tis tibi te ô tu Tu. à te. Et pluraliter, vos uestrum uel uestri uobis uos ô uos à uobis. Personæ tertiae, generis omnis, utriusq; numeri, sine nominatiuo & uocatiuo: Sui sibi se & se. Et pluraliter, Sui sibi se & se. Item relativum & demonstrativum simul, generis masculini: Ille illius illi illum ab illo. Et pluraliter, Ille illi illorum illis illos ab illis. Generis fœminini: Illa illa illius illi illam ab illa. Et pluraliter, Illæ illarum illis illas ab illis. Generis neutri: Illud illius illi illud ab illo. Et pluraliter, Illa illorum illis illa ab illis. Item minus quam finita, generis masculini: Ipse ipsius ipsi ipsum ab ipso. Et pluraliter, Ipsí ipsorum ipfis ipsos ab ipfis. Generis fœminini: Ipsa ipsi ipsa ipsam ab ipsa. Et plural. Ipse ipsorum ipfis ipsas ab ipfis. Generis neutri: Ipsum ipsius ipsi ipsum ab ipso. Et plural. Ipsa ipsorum ipfis ipsa ab ipfis. Generis masculini, Iste istius isti istum ab isto. Iste. Et pluraliter, Isti istorum isti istos ab istu. Generis fœminini: Ista istius isti istam ab ista. Et pluraliter, Ista istarum istis istas ab istis. Generis neutri: Istud istud istius isti istud ab isto. Et pluraliter, Ista istorum istis,

Hic.

istis ista ab istis. Item articulare præposituum uel demonstrativum, generis masculini: Hic huius huic hunc ab hoc. Et pluraliter, Hi horum his hos ab his. Generis fœminini: Hæc huius huic hæc ab hac.

Hæc.

Et pluraliter, Hæ harum his has ab his. Generis neutri: Hoc huius huic hoc ab hoc. Et pluraliter, Hæc horum his hæc ab his. Item subiunctiuum uel relativum, generis masculini: Is eius ei eum ab eo.

Is.

Et pluraliter, Ei eorum eis eos ab eis. Generis fœminini: Ea eius ei eam ab ea. Et pluraliter, Eæ eorum eis eas ab eis. Generis neutri: Id eius ei id ab eo. Et pluraliter, Ea eorum eis ea ab eis.

Ea.

Item minus quam finita, generis masculini: Quis uel qui cuius cuiusque à quo uel à qui. Et pluraliter, Qui quorum quis uel quibus quos à quis uel à quibus. Generis fœminini: Quæ uel qua cuius cuiusque à qua uel à qui. Et pluraliter, Quæ quorum quis uel quibus quas à quis uel à quibus.

Id.

Generis neutri: Quod uel quid cuius cuiusque à quo uel à qui. Et pluraliter, Quæ uel qua quorum quis uel quibus quæ uel qua à quis uel à quibus.

Quæ.

Item possessiva finita, ad ciquid dicta, ex utraq; parte singularia, Generis Masculini:

Quod.

Meus mei meo meum ô mi à meo. Et pluraliter, Mei meorum meis meos ô mei à meis. Generis fœ-

Meus.

minini: Mea meæ meæ meam ô mea à mea. Et pluraliter, Meæ mearum meis meas ô meæ à meis. Ge-

Mea.

neri

neris neutri: Meum mei meo meum ô meus à meo. Meum,
Et pluraliter, mea meorum meis mea ô mea à meis.
Generis masculini: Tuus tui tuo tuum à tuo. Et Tuus,
pluraliter, Tui tuorum tuis tuos à tuis. Generis
fœminini: Tua tuæ tuam à tua. Et pluraliter, Tua.
Tuæ tuarum tuas à tuis. Generis neutri: Tuum Tuum,
tui tuo tuum à tuo. Et pluraliter, Tua tuorum tuis
tua à tuis. Generis masculini: Suis sūi suo suum à suis.
suo. Et pluraliter, Sūi suorum suis suos à suis. Ge-
neris fœminini: Sua suæ suam à sua. Et plura- Sua.
liter, Suæ suarum suis suas à suis. Generis neutri:
Suum sūi suo suum à suo. Et pluraliter, Sua Suum.
suorum suis sua à suis. Item possessua finita,
ad aliquid dicta, ex utraq; parte pluralia, generis
masculini: Noster nostri nostro nostrum ô noster Noster,
à nostro. Et pluraliter, Nostri nostrorum nostris
nostros ô nostri à nostris. Generis fœminini: No- Nostra;
stra nostræ nostræ nostram ô nostra à nostra. Et
pluraliter, Nostræ nostrarum nostris nostras ô no-
stræ à nostris. Generis neutri: Nostrum nostri Nostrum;
nostro nostrum ô nostrum à nostro. Et pluraliter,
Nostra nostrorum nostris nostra ô nostra à nostris.
Generis masculini: Vester uestri uestro uestrum Vester.
à uestro. Et pluraliter, uestri uestrorum ue-
stris uestros à uestris. Generis fœminini: Ve- Vesta;
stra uestrae uestrae uestras à uestra. Et plura-
liter, uestrae uestrarum uestras à uestris.
Generis

Generis neutri: vestrum uestri uestro uestrum à
uestro. Et pluraliter. Vesta uestrorum uestris ue-
Composita stra à uestris. Da horum composita: ut Egomet,
tuimet, suimet sibimet, illic, isthic, illiccine, isthicci-
Idem. ne, hiccine, haec cine, hoccine. Idem in masculinò
genere productum, in neutrò uero correptum, &
Quisquis, quisnam, quispiam, aliquis, &c.

DE VERBO.

**Accidunt
verbo.**

**Qualitas.
Modus.**

Forma,

Coniugatio



Erbum quid est? Pars oratio-
nis cym tempore & persona,
sine casu, agere aliquid aut
pati, autneutrū significans.
Verbo quot accidunt? Septem.
Quæ? Qualitas, Coniugatio,
Genus, Numerus, Figura, Tempus, & Persona.
Qualitas uerborum in quo est? In Modis & in
formis, Modi qui sunt? Indicatiuus, ut Lego. Im-
peratiuus, ut lege. Optatiuus, ut utinam legerem.
Coniunctiuus, ut cum legam. Infinitiuus, ut legere.
Impersonalis, ut legitur. Formæ uerborum quot
sunt? Quatuor. Quæ? Perfecta, ut lefito. In-
choatiua, ut feruesco, calesco. Coniugatio-
nes uerborum quot sunt? Tres. Quæ? Prima
in a. Secunda in e. Tertia in i. Prima quæ est?
Quæ in Indicatio modo, tempore præsenti, nu-
mero

numero singulari, secunda persona, uerbo actiuo & neutrali, e productam habet ante nouissimam literam s, passiuo, communi & deponenti ante nouissimam syllabam ris, ut Amo amas, amer amaris. Et futurum tempus eiusdem modi in bo & in bor syllabam mittit, ut Amo amabo, amor amabor. Secunda quæ est? Quæ in Indicativo modo, tempore praesenti, numero singulari, secunda persona, uerbo actiuo & neutrali, e productam habet ante nouissimam literam s, passiuo, communi & deponenti ante nouissimam syllabam riv, ut Doceo doces, doceor doceris. Et futurum tempus eiusdem modi in bo & in bor syllabam mittit, ut Doceo docebo, doceor doccebör. Tertia quæ Tertia, est? Quæ in Indicativo modo, tempore praesenti, numero singulari, secunda persona, uerbo actiuo & neutrali, i correptam uel i productam habet ante nouissimam literam s, passiuo, communi & deponenti, pro i litera e conceptam uel i productam habet ante nouissimam syllabam ris, ut Lego legiv, legor legeris, Audio audis, audior audiris. Et futurum tempus eiusdem modi in am & in ar syllabam mittit, ut Lego legam, legor legar, Audio audiam, audior audiar. Vbi possunt hec discerni? Hæc in Imperatiuo & in Infinitivo modo statim discerni possunt, utrum i literam correptam habent, an productam. Nam i litera

correpta si fuerit, in e conuertitur : producta si fuerit, non mutatur. Est quando tertia coniugatio futurum tempus non in am ē in ar tantum, sed etiam in bo ē in bor syllabam mitiit, interdum cum i literam correptam non habuerit, sed productam, ut Eo is ibo, queo quis quibo, eam uel

Genera.

Actiuum.

Passiuum.

Neutrum.

Neutropas-

sua.

Deponen-

tia.

Communia

ē orior.

Numerus.

Figura.

queam. Genera uerborum quot sunt ? Quinq; Quæ ? Actiuia, Passiuia, Neutra, Deponentia, ē Communia. Actiuia quæ sunt ? Quæ in o desinunt, ē accepta r litera, faciunt ex se passiuia, ut Legor legor. Passiuia quæ sunt ? Quæ in r desinunt, ē ea dempta, redeunt in actiuia, ut Legor lego. Neutra quæ sunt ? Quæ in o desinunt ut actiuia, sed accepta r litera, latina non sunt, ut Sto, curro ; nam stōr, curror. non dicitur. Sunt præterea Neutro- passiuia, ut Gaudeo, gaudes, gauidus sum. Soleo, soles, solitus sum. Fio, fis, factus sum. Mōereo, mōeres, moestus sum. Deponentia quæ sunt ? Quæ in r similius desinunt ut passiuia, sed ea dempta, latina non sunt, ut Luctor, loquor, sequor, nascor

Communia ē orior. Communia quæ sunt ? Quæ in r similiter desinunt ut deponentia, sed in duas formas cadunt, agentis ē patientis, ut Oscular, criminor : Dicimus enim, Oscular te, oscular à te, criminor te, criminor à te. Numeri uerborum quot sunt ? Duo. Qui ? Singularis, ut Lego. Pluralis ut legimus. Figuræ uerborum quot sunt ? Due. Quæ Simplex

Simplex, ut Lego. Composita, ut negligo. Tempora uerborum quot sunt? Tria. Quæ? Præsens, ut Lego. Præteritum, ut legi. Futurum, ut legam. Quot sunt tempora in declinatione uerborum? Tempora quinq; Quæ? Præsens, ut Lego, Præteritum im- quinq; perfectum, ut legebam. Præteritum perfectum ut legi. Præteritum plusquamperfectum, ut legeram. Futurum, ut legam. Personæ uerborum quot sunt? Tres. Quæ? Prima ut Lego. Secunda, ut legis. Tertia, ut legit.

DE ADVERBIO.



Duerbiūm quid est? pars orationis, quæ adiecta uerbo significatiōnēm eius explanat atq; implet. Aduerbio quot accidunt? Tria. Quæ? Si- Acciden- gnificatio, Comparatio, C tia.

Figura. Significatio aduerbiorum in quo est? Quia sunt aduerbia aut loci, aut temporis, aut Significa- numeri, aut negandi, aut affirmandi, aut demon- strandi, aut cōptandi, aut hortandi, aut ordinis, aut interrogandi, aut similitudinis, aut qualitatis, aut quantitatis, aut dubitandi, aut personalia, aut uocandi, aut eligendi, aut congregandi, aut prohibendi, aut euentus, aut cōparandi. Da aduerbia

loci : ut Hic uel ibi, illuc, inde, intro uel foris.
 Da temporis : ut Hodie, horti, nunc, nuper, cras,
 aliquando, olim, iam, tunc cum dom, mane, sero,
 semper. Da numeri : ut Semel, bis ter quater. Da
 negandi : ut Haud, non neq;. Da affirmandi : ut
 Etiam, quidni, certe. Da demonstrandi : ut En-
 ecce. Da optandi : ut Vtinam, o si, Da hortandi :
 ut Eia, age. Da ordinu : ut Deinde, deinceps,
 Da interrogandi : ut Cur, quare, quomodo rem. Da
 similitudinis : ut Quasi, ceteri, sicut, sicuti, uelut, ue-
 luti, tanquam, ut, iai. Da qualitatis : ut Dostē
 pulchre, fortiter, viriliter, bene, mole. Da quan-
 titatis : ut Multum, parum, modicum nimium,
 minimum, ualde. Da dubitandi : Farsan, for-
 sitan, fortassis uel fortasse, fortuito. Da perso-
 nalita : ut Mecum, tecum, secum, nobiscum, ubi-
 scum. Da uocandi : ut o Heus. Da respondendi :
 ut Hem, Da separandi : ut Seorsum, retrorsum. Da
 iurandi : Aedepol, castor, hercle, me lius fidiu.
 Da eligendi : ut potius. Da congregandi : ut
 Simul, una, pariter. Da prohibendi : Ne Da
 euentus : ut Forte, fortio. Da com- arandi : ut

Comparatio- Magis, minus, uel tam maximum, minimum. Com-
 paratio aduerbiorum in quo es? in tribus gra-
 aibus comparationis, scilicet comparatio, compara-
 tio superlativo. Da a lierbis vobis uel gra-
 dus, ut Dostē, Da compara, i.e. gradus, ut doctiue,

Da fuge.

Da superlativi gradus, ut de clissimum uel doctissi-
me. Figuræ adverbiorum quot sunt? Due. Quæ? Figuræ
simplex, ut Docte, prudenter. Composita, ut In-
duste, imprudenter. Adverbia localia sunt hæc: uel Localia.
in loco uel de loco uel ad locum, uel per locum.
Sed in loco, & de loco, tandem significationem
habent, ut: Intus sum, intus exeo. Foris sum, foris
uenio. Ad locum autem & per locum aliam signi-
ficationem habent, ut: Intro eo foras exeo. De
intus autem & de foris, sic non dicitur: quicmodò
nec dicimus, ad foras, uel in foras. Per locum au-
tem, ut: Hac, illac, isthac.

DE PARTICIPIO.

Participium quid est? Pars
orationis partem capiens no-
minis, partemq; uerbi Reci-
pit enim à nomine genera &
casus, à uerbo tempora & si-
gnificationes, ab utroq; nume-
rum & figuram. Participio quot accidentiæ? Sex. Accidentia
Quæ? Génus, Casus, Tempus, Significatio, Nu- participij
meras, & Figura. Genera participiorum quot Genera.
sunt? Quatuor. Quæ? Masculinum, ut hic lectus.
Fœmininum, ut hæc lecta. Neutrum, ut hoc le-
tum. Omne, ut Hic & hæc & hoc legens. Casus Casus.
participiorum quot sunt? Sex. Qui? Nomina-

tius, ut hic & hæc & hoc legens. Genitiuus, ut
huius legensis, Datiuus, ut huic legenti. Accuse-
tiuus, ut hunc & hanc legentem, & hoc legens.

Vocatiuus, ut o legens. Ablatiuus, ut ab hoc &
ab hac & ab hoc legente uel legenti. Tempora
participiorum quot sunt? Tria. Quæ? Præsens,

ut Legens. Præteritum, ut Lectus. Futurum, ut le-
turus uel legendus. Significationes participio-
rum in quo sunt? Quia ab affiuo uerbo duo par-
ticipia uenient, præsens & futurum, ut Legens,
lecturus. A passiuo quot? Duo: Præteritum & fut-
urum, ut lectus, legendus. A neutrō quo? Duo.

Sicut ab affiexo, præsens & futurum, ut Stans, sta-
turus. A deponenti quo? Tria. Quæ? Præsens,
præteritum & futurum, ut Loquens, loquutus, &
loquuturus. A communi quo? Quatuor. Quæ?

Præsens, præteritum, & duo futura, ut Crimi-
nans, criminatus, criminaturus, uel criminandus,
Numerus. Numéri participiorum quot sunt? Duo. Qui?

Singularis, ut hic Legens. Pluralis, ut hi Legen-
tes. Figuræ participiorum quot sunt: Due.
Quæ? Simplex, ut Legens. Composita, ut ne-

gligens.

DECLINATIONES Participiorum.

Egens participium ueniens à uerbo actiuo, temporis p̄-
sentis, generis omnis, numeri
singularis, figuræ simplicis.
casus nominatiui & accusa-
tiui & uocatiui, quod declinab-
it sic. Nominatiuo, hic & hæc & hoc Le-
gens. Genitiuo, huius legentis. Datiuo, huic legen-
ti. Accusatiuo, hunc & hanc legentem, & hoc le-
gens, Vocatiuo ô legens. Ablatiuo, ab hoc & ab
hac & ab hoc legente uel legenti. Et pluraliter:
Nominatiuo, hi & hæc legentes, & hæc legentia.
Genitiuo, horum & harum & horum legentum uel
legentium. Datiuo, his legentibus. Accusatiuo,
hos & has legentes, & hæc legentia. Vocatiuo,
ô legentes, & ô legentia. Ablatiuo, ab his legen-
tibus.

Leclurus participium, ueniens à uerbo actiuo,
temporis futuri, numeri singularis, figuræ
simplicis, casus nominatiui, quod declinabi-
tur sic. Nominatiuo, hic Lecturus, hæc lectura, hoc
lecturum. Genitiuo, huius lecturi, lecturæ, lecturi.
Datiuo, huic lecturo, lecturæ, lecturo. Accusatiuo,
hunc lecturum, harum lecturam, hoc lecturum.
Vocatiuo, ô lecture, lectura, lecturum. Abla-
tiuo, ab hoc lecturo, ab hac lectura, ab hoc
lecturam.

Et pluraliter lecturo: Et pluraliter Nominatiuo, hi lecturi, ha-
ter. lecturæ, hæc lectura. Genitiuo horum lectorum, harum lectorarum, horum lectororum. Datiuo, hu-
lecturis. Accusatiuo, hos lecturos, has lecturas, hæc
lectura, Vocatiuo, ô lecturi, lecturæ, lectura. Abla-
tiuo ab his lecturis.

Latus participium ueniens à uerbo passiuo,
temporis præteriti, numeri singularis, figure
simplicis, casus nominatiui, quod declinabi-
tur sic. Nominatiuo, hic Latus, hæc lecta, hoc le-
ctum, Genitiuo, huius lecti, lectæ lecti. Datiuo huic
lecto, lecta, lecto. Accusatiuo, hunc lectum, hanc le-
ctam, hoc lectum. Vocatiuo ô lecte, lecta, lectum.
Ablatiuo, ab hoc lecto, ab hac lecta, ab hoc lecto.
Et pluraliter: Nominatiuo, hi lecti, hæc lectæ, hæc
lecta. Genitiuo horum lectorum, harum lectorarum,
horum lectorum. Datiuo his lectis. Accusatiuo, hos
lectos, has lectas, hæc lecta. Vocatiuo, ô lecti, lectæ,
lecta. Ablatiuo ab his lectis.

Legendus participium ueniens à uerbo passi-
uo, temporis futuri, numeri singularis, figure
simplicis, casus nominatiui, quod declinabi-
tur sic.

Nominatiuo, hic Legendus, hæc legenda, hoc
legendum. Genitiuo, huius legendi, legendæ, le-
gendi.

gendi. Datuio huic legendo, legendæ, legendo.
Accusatiuo, hunc legendum, hanc legendam, hoc
legendum. Vocatiuo ò legende, legenda, legen-
dum. Ablatiuo, ab hoc legendo, ab hac legenda,
ab hoc legendo. Et pluraliter: Nominatiuo, hi
legendi, hæ legendæ, hac legenda. Genitiuo, ho-
rum legendorum, harum legendarum, horum le-
gendorum. Datuio, his legendis. Accusatiuo, hos
legendos, has legendas, hæc legenda. Vocatiuo ò
legendi, legendæ, legenda, Ablatiuo ab his legen-
dus.

Et pluralis-
ter.

DE CONIVNCTI- ONE.



Oniunctio quid est? Pars ora-
tionis, annexens ordinansq; Accidentia
sententiam. Coniunctioni quot Coniunctione
accidunt? Tria. Quæ? Po-
testas, Figura & Ordo. Pote-
testas, Coniunctionum quot spe-
cies habet? Quinq;. Quas? Copulatiuas, Disiun-
tiuas, Expletiuas, Causales & Rationales. Da
copulatiuas: ut, Et, q;, quoq;, at, atq;, ac, ast. Da Copulat.
disiuntiuas: ut Aut, ue, uel, ne, nec, an, neq;, Da Disiunct.
Expletiuas: ut Quidem, nequidem, saltem, uideli- Explet,
et, quam quamvis, quoq;, autem, porro, licet, ta-
men, ueruntamen. Da causales: ut Si, et si, etiam si, Causales.

siquidem, quando, quandoquidem, quin, quinetam, quatenus, si, seu, siue, neu, neue, nam, namque, ni, nisi, ne, sed, interea, quamobrem, præsertim, item, itemque, ceterum, alioquin, præterea. Da rationales : ut Ita, itaque enim, etenim, enim uero, quia, qua propter, quoniam, quoniam quidem, quippe, nempe, ergo, ideo, igitur, scilicet, uidelicet, propter, idcirco. Figurae Coniunctionum quot sunt ? Due. Quæ ? Simplex, ut Nam. Composita, ut namque. Ordo Coniunctionum in quo est ? Quia aut prepositiæ Coniunctiones sunt, ut Ac, at, ast, Aut subiunctiæ, ut que, ne, us. Aut communes, ut Ergo, ideo, igitur.

DE PRÆPOSITIONE.



Ræpositio quid est ? pars orationis, quæ præposita alijs partibus in oratione, significationem earum aut complet, aut mutat, aut minuit. Præpositioni quot accidunt ? Vnum. Quid? Casus tantum. Quot casus?

Acciden-
tia.
Præpositi-
ones Accu-
satiui
XXX.

Duo. Qui? Accusatiuus & ablatiuus. Da præpositiones casus accusatiui: ut Ad, apud, ante, aduersam, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter,

propter, secundum, post, trans, ultra, prius, su-
pra, circiter, usq; secus, penes. Quomodo? Dicim-
us enim: Ad patrem, apud villam, ante aedes,
aduersum inimicos, cis rhenum, circa forum, cir-
cum vicinos, circa templum, contra hostes, erga
propinquos, extra terminos, internaues, intra
mœnia, infra tectum, iuxta macellum, ob auguri-
um, pone tribunal, per parietem, prope fenestram,
propter disciplinam, secundum fores, post ter-
gum, trans ripam, ultra fines, præter officium, sur-
pra cœlum, circiter annos, usq; oceaneum, secus
uiam, penes arbitros. Da præpositiones casus
ablativū: ut A, ab, abs, cum, coram, clam, de,
e, ex, pro, præ, palam, sine, absq;, tenus. Quo-
modo? Dicimus enim: A domo, ab homine, abs
quolibet, cum exercitu, coram testibus, clam cu-
stodibus, de foro, e iure, ex præfectura, pro clá-
entibus, præ timore, palam omnibus, sine labo-
re, absq; iniuria, tenus pube, quod nos dicimus
pube tenus. Da præpositiones utriusq; casus: ut Vtriusq;
In, sub, super, & subter. Quando accusatiuo casus Præ-
casui seruiunt? Quando nos uel quoslibet ad lo- positiones
cum ire, esse, uel ituros esse significamus. Quan- IIII.
da ablatiuo casui seruiunt? Quando nos uel
quoslibet in loco esse, uel fuisse, uel futuros esse
significamus. In, accusatiui casus: ut, Itur in an-
tiquam syluam. In, ablatiui casus: ut, Stans celfa
in

Ablatiū
XV.

DE PRÆPOSITIONE.

Sub, in puppi. Sub accusatiui casus: ut Postesq; sub ipsos. nitantur gradibus. Sub ablatiui casus: ut Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. Super, quam uim habet: vbi locum significat, magis accusatiuo casui seruit: vbi uero mentionem alicuius rei facimus, ablatiuo tantum, ut: Multa super Priamo rogitans, super Hestore multa, hoc est, de Priamo & de Hestore. In, quam uim habet: Etiam cum accusatiuo casui seruit, cum significat contra: ut, in adulterum & desertorem. Subter, quam uim habet: Eandem quam & superiores ad locum & in loco significantes. Quæ præpositio- biles præ- nes sunt, quæ à dictionibus separari non possunt: posuiones, ut Di, dis, re, se, an, con. Quomodo? Dicimus enim: Diduco, distraho, recipio, secubo, amplector, congregior. Quæ sunt quæ coniungi non pos- sunt: Apud & penes. Quæ coniunguntur & se- parantur? Relique penè omnes.

DE INTERIECTIONE.

Significa-
tio, Interiectionio quid est? Pars orationis, significans mentis affectum uoce incognita. In interiectioni quot accidenti? Vo- num. Quod? Significatio. Si- significatio Interiectionum in quo est: Quia aut latitudinem mentis significamus, ut

Euseb.

Eudx. Aut dolorem, ut Heu. Aut admirationem, ut Papæ. Aut metum, ut Atat: aut si q. a sunt similia:

CONIVGATIONES Verborum.

ACTIVVM.

AMOUNTAVERBVM affiuum, in Indicatio[n]e modo dictum, temp[or]is pr[es]entis, numeri singularis, figuræ simplicis, personæ prime, coniugationis primæ; quod conjugabitur sic,

Amo	amis	amat	Indicati
	Et pluraliter;		
amamus	amatis	amant.	
			T 90
Amabam	amabas	amabat,	
	Et pluraliter.		
amabamus	amabatis	amabant.	
			T 91
Præterito perfecto.			
amauis	amauisti	amauit.	
	Et pluraliter.		
amauimus	amauis u	amauerunt uel amauere:	
			T 92
Præterito plusquamperfecto;			
		Amaueram	

R.A.M.

30

DE VERBO.

Amaueram
amauerat.
Et pluraliter.
amaueramis
amaueratis
amauerant.

Futuro.

Amabo
amabis
Et pluraliter.
amabimus
amabitis
amabunt.

IMPERATIVO MODO, TEMPO
E PRESENTI, AD SECUNDAM ET TERTIAM PERSONAM:

Ama
amet.
Et pluraliter.
amemus
ametis
ament.

Futuro.

Amato tu
amato ille.
Et pluraliter.
amemus
amatote
amanto uel amantote.

OPTATIVO MODO, TEMPORIS
PRESENTI, ET PRAETERITO IMPERFECTO,

Utinam amarem amares amaret,
Et pluraliter.
utinam amaremus amaretis amarent.

PRAETERITO PERFECTO ET PLUSQUAMPERFECTO,
utinam amauisssem amauisses amauisset.

Et pluraliter.

utinam amauissetsem amauissetis amauissent.

Futuro.

SEM.

D E V E R B O.

Futuro.

utinam amem ames amet.

Et pluraliter.

utinam amemus ametis ament.

CONIUNCTIVO modo, tempore praesentis.

Cum amem ames amet

Et pluraliter.

cum amemus ametis ament.

Præterito imperfecto.

cum amarem amares amaret.

Et pluraliter.

cum amaremus amaretis amarent.

Præterito perfecto.

cum amauerim amaueris amauerit.

Et pluraliter.

cum amauerimus amaueritis amauerint.

Præterito plusquamperfecto.

cum amauissem amauisses amauisset.

Et pluraliter.

cum amauissemus amauissetis amauissent.

Futuro

cum amauero amaueris amauerit.

Et pluraliter.

cum amauerimus amaueritis amauerint.

Infiniuo modo, sine numeris & personis tem-

pore praesenti & præterito imperfecto, Amare.

Præterito perfecto & plusquamperfecto, amauisse.

Futuro.

Futuro, Amatum ire, uel amatarum esse.

VERBO IMPERSONALI, Indicatiuo modo, temporis præsentis, Amatur.
 Præterito imperfecto, amabatur.
 Præterito perfecto, amatum est uel fuit.
 Præterito plusquamperfecto, amatum erat uel fuerat.
 Futuro, amabitur.

Imperatiuo modo, tempore præsentis, Ametur.
 Futuro, amator.

Optatiuo modo, tempore præsentis, & præterito imperfecto, utinam amaretur.
 Præterito perfecto & plusquamperfecto, utinam amatum esset uel fuisset.
 Futuro, utinam ametur.
 Cominitiuo modo, tempore præsentis, cū ametur.
 Præterito imperfecto, cum amaretur.
 Præterito perfecto, cum amatum sit uel fuerit.
 Præterito plusquamperfecto, cum amatum esset uel fuisset.
 Futuro, cum ametur erit uel fuerit.

